3088

Bielskie atq Włostowskie Coniuges Rbnt, Vna cum Oblata Consens. S. R. Mttis.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Gnosi Ludovicus de Biała Bielski Dapifer Terrae Lublinensis, et Anna de Włostowice Coniuges legitimi ab Vna, atque Stanislaus Cznso... de Włostowice Włostowski, et Izabella de Milon Coniuges Infrascriptibus ab altera, et quidem memoratae Consortes, cum Suprorum maritorum suorum Vti Futorum Coniugalium personali assistentia et Vtroneo ad infrascripta recognita Consensu. Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Dicibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedentes, praesentibusque vero Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Iurisdictione, quò ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenariè incorporantes atque subijciendo, palam, liberè, publicè, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Mattis ratione infrascriptorum sibi gratiosè datis, sibi mutuò et invicem Vna pars alteri, ac posteris Vtriusque partis, se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus: Intercisam certam inter se Recognitas ratione Arendae bonorum Actus ... in Villa Sacrae Regiae Mattis Cyhów sitt. et iacentibus, a harumque certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illegitime Premysliensibus die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam, manibus Recognitium propriis abutrinque Subscriptam, Fides est decima Octava Januarij praesentis

3081

In omnibus et singulis eiusq Inscriptionis Contentionibus, punctis, clausulis, articulis, vel aliis ligaminibus ac nexibus quantis universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis illius contentis tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere: Inscriptionem praefatam ad Inscriptionem per seu Reobligationem, et Inscriptionem praesentem Reobligationem ad praefatam Inscriptionem vicissim in toto referendo: idq sub Vadio Trium Millium florenorum polonicalium per praesentem partem, cum successoribus utriusq partis, ob non complementionem contentorum Inscriptionis praefatae omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum suorum bonorum, quo quidem Vadio modo permisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua puncto ex contentis Inscriptionis praefatae non completa complendo, altera eiusmodi grata pars una permissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius permissa tenentis et complentis, vel illius successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc vel eo suo tempore, quis ad id modum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tamquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Vadiumq praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesens illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, sicut eidem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, maiori, minorennitate, functionum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad Munimenta, ad Exercitum, vel aliis quibusvis exceptionibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem etc. ultra praefatos officii praefati Castrensis Capitalis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullisq protestationes, appellationes,

3082

ac earum prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia per processus simplices duplices Vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalys Iuris, praeservare Serui, bello, Conventionesque, ac alys omnibus Iuris remedys non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Ita ea sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante.

Circa quam Inscriptionem Roboratoriam, per eosdem Generosos Bielskie atque Wlostowskie Coniuges factam et modo praemisso recognitam, Suprascripti Generosi Wlostowskie Coniuges, obtulerunt eidem officio praesenti, et ad acticandum porrexerunt praefatas Literas Consensus Sacrae Regiae Maiestatis, sive facultatem tenendi Advocatiam in Villa Cykow existentem, Manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis Subscriptas, et Sigillo Maioris Cancellariae Regni obsignatas: ad quarum personalem oblationem et affectationem, Officium praesens inhaerendo Iuri communi, easque Literas Consensus Sacrae Regiae Maiestatis a praefatis offerentibus Suscepit et Actis suis connotare demandavit, quarumque Literarum Consensus Sacrae Regiae Maiestatis tenor est talis.

Michael Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Kijoviae, Volhyniae, Podlachiae, Podoliae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos rationibus

3083

Generosorum Ludovici Bielski Ensifer Lublinensis, et Annae de Wlostowice Coniugum Consultamini supplentes fauendum esse duximus, Vt eis consentiremus et permitteremus, prout per praesentes consentimus ac permittimus Vt possint et Valeant Aduocatiam in Villa Cyblow in Palatinatu Russiae et Districtu Praemysliensi sita existentem cum omnibus structuris, aedificiis, agris, pratis, campis, lacubus, piscinis, Molendinis, tabernis, Subditis, prouentibus omnibusque Vtilitatibus et emolumentis, ac alijs attinentijs pertinentijsque ad eamque Aduocatiam siue Sculteciam ex antiquo spectantibus Generoso Stanislao Chrysostomo Wlostowski et Isabellae de Melony Coniugibus in Arendam Triennalem siue annualem locare Contractusque et Inscriptiones coram quibuscunque Regni authenticis Actis eo nomine libere paciscii et recognoscere. Ita tamen ne praefatorum bonorum Aduocatiae eiusque Conditio deterior efficiatur, Subditique insolitis laboribus et oneribus non aggrauentur. In cuius rei fidem praesentibus manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracouiae die IV Mensis Decembris Anno Domini MDCLXIX Regni Nostri primo Michael Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariae Regni. Consensus Arendandi Aduocatiam in Villa Cyblow sitam Generoso Bielski Ensifero Lublinensi et Coniugi suae. Boguslaus Leszczynski — —. Regens Regni Cancellariae Maioris. Post cuius ingrossationem, originale eiusdem offerenti praefato officio praesens extraditum est.